



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 81. Bethlemius Gabor Cæsarem apud Turcarum Imperatorem traducere conatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. Protestantes, qui Viennæ morabantur, A. C. 1620. datis literis eum hortati sunt, ut civitati, & Regioni, propter innocentes eorum liberos, uxoresque parcere vellet. Imperator autem urbem necessaria annona ad semestre instrui jussit, sui que exercitus partem ex Bohemia revocans, suppetias etiam a Bavarix Duce sibi submitti petiit, veritus, ne Gabor inopina vi Posonium, & Viennam infestaret.

§. LXXXI.

Bethlenius Gabor Cæsarem apud Turcarum Imperatorem traducere conatus.

Aub. Miræus comm. de bello Turcico p. 8.

Jam dudum Bethlenius Gabor totus in eo erat, ut partim precibus & literis, partim promissis, amplissimisque muneribus Turcas, Tartarosque in Ferdinandi Cæsaris perniciem evocaret; cum autem hucusque spe sua frustratus esset, subactis Bohemis, fusoque Palatino rem potentius urgendam censuit, ad solitas igitur fraudes conversus literas Hungarico idiomate, perinde acsi a Ferdinando Cæsare pro Turcis inopino invadendis scriptæ essent, confinxit, easque Regii sigilli, & chyrographi Ferdinandæi exacta imitatione muniri jussit, illasque velut oportuno

portune interceptas ad Turcarum Imperatorem transmisit. Earum autem tenor erat sequens: „Ferdinandus II. „&c. omnibus Principibus, Nobilibus „& Tribunis salutem & gratiam nostram. Antea mihi fideles optimi, quare „ratione factum sit, ut anno superiore „contra nos, & regnum nostrum armis „sumpseritis, exploratum habemus, & „ex fideli nostro Palatino Hungariæ „recte intelleximus, nimirum turcici „illius Principis Bethlenii in Hungariam „improvisa irruptio vos eo adegit, ceterum nos gratiam & benevolentiam „nostram clementer vobis offerimus, „si gratia & clementia nostra uti velitis, si ab ipsius fidelitate desciveritis, „si tam regnum, quam confinia ad fidelitatem nostram reduxeritis, ac in „ea conservaveritis, constat siquidem „vobis, quod nos infidelibus turcis vos, „& regnum non vendidimus, prout „latro Bethlenius, quin potius in eo „sumus, ut omni vos clementia prosequamur, si ab ipso recesseritis, „mensura vobis stipendia exacte numerabimus, ac regnum ipsum in veterem libertatem asseremus, atque idcirco tam numeroso cum exercitu fidelem nostrum campiductorem expedivimus, ut Vacua confestim recuperata, Strigonium obsideatur, Expedi-

Sæc. XVII.
A. C. 1620.

Hist. Eccles. Tom. LVI. Uu rian-

Sæc. XVII. „riantur potentiam nostram tam Tur-
 A. C. 1620. „cæ, quam eorum pullus Bethlenius,
 „vos valere cupimus. Viennæ Austriæ
 „vigesima Maij anno millesimo sexcen-
 „telimo vigesimo primo.,,

FERDINANDUS.

Laurentius Faventini.

His vero literis Turcarum Impera-
 tor fidem non adhibuisse videtur, forte
 apud quem tum major adhuc erat vi-
 cennalium induciarum Religio, quam
 apud hunc Calvinistam humanitas Re-
 giæque Majestatis reverentia.

§. LXXXII.

*Ambrosii Spinolæ expeditio in Pa-
 latinatum.*

*Carafa
 Germ. rest.
 pag. 82.*

*Theatr. Hist.
 cap. 2.*

*Brachel. Hist.
 pag. 22.*

*Bald. chro-
 nic. p. 1225.*

*le Blan. tom.
 4. p. 18.*

Nondum solutus erat Ulmensis Con-
 ventus, cum jamjam validum exer-
 citum ab Archiduce Alberto in Belgio
 contrahi, ejusque imperium Ambrosio
 Spinolæ celeberrimo plurium palma-
 rum Duci demandatum esse nuntiare-
 tur. Hujus rei fama tanto terrore uni-
 tos Principes Protestantes perculerat,
 ut die vigesima Junii datis literis Saxo-
 niæ Electorem impense rogarent, qua-
 tenus ad Spinolæ exercitum a Palati-
 natus,